



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.


11. Maij. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

natus tamen veluti omnibus incumbit: ita Cona-
 nemini difficilis est; minus impossibilis, nec tus pius
 sua mercede vacuus. Tu me meritis tuis
 in hoc saltem conserva & conforta.

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

Neceſſè eſt ſanè reparare frequen- Nun-
 ter, & ſemper recentiores apponere quam
 flores, quòd diu odorem ſuum minimè ceſſan-
 retineant, nec decorem. Alioquin ja- dum in
 cet & marcet flos boni operis, atq; in via per-
 brevi omnis ex eo nitor exterminatur fectio-
 & vigor; ſi non alijs atq; alijs ſuperje- nis.
 ctis pietatis actibus, continuè repare-
 tur.



II. Maij. 5. Idus.

B. GUIDO, ſanctiſſimi Patris BER- Obijt
 NARDI frater natus maxime: cui anno
 te ad mundi contemptum vocanti, fa- 1136.
 cillimum præbuiſti aſſenſum. Et con-
 jux quidem juvencula, jamque filiabus
 fœcunda, pio conſilio pertinaciter ob-
 luctabatur: tam vehementi tamen a-
 more ſanctioris vitæ exarſeras; ut ere-
 mitam in ipſo ſæculi medio agere, &
 nobilitate generis, militari gloria, o-
 pibus

Q3

pibus


Ab uxore dimittitur. pibus, luxúque calcatis, pauperem ruri agricolam induere decreveris, donec per mortem aut consensum uxoris libertas daretur, monachatum amplectendi. Hunc verò obicem brevi temporis intervallo amotum iri, vaticinatus est BERNARDUS: dum illa fatali morbo correpta jam sponte à te flagitavit, quod prius in te averfabatur.

Claram vallem cum S. germano nominat. Transacto Cistercij tyrocinio; ad condendam Claramvallem germanos reliquos secutus, magnanimâ constantiâ extremam illam circa initia egestatem sustinuit: cui ad eò eras addictus, ut, dum œconomîæ præeras, vineam, à Converso plantatam, execratione reddideris sterilem, ne frugum illius abundantia sacra paupertas aut parsimonia periclitaretur. Non minori zelo humilitati cavebas. Eam ob causam non semel BERNARDUM miracula patrantem ferò monere ausus es, ne in juvenili adhuc, & incauta ætate, sibi à vanæ præsumptionis spiritu pateretur illudi. Sed magistrum nempe docebas; cujus invicta animi mansuetudine zelus tuus ad scientiam fuerat erudiendus. Ab eodem denique Pontigniacum missus, subitanea ibidem febre es obrutus. Cujus periculi olim vates, & tunc non inscius BERNARDUS, agonem

gonem tuum precibus fratrum Claræ-
vallis anxie commendavit: sed mox
in hæc verba lætus prorupit: *Fratres,*
inquiens, rogate Guidonem, ut oret pro S. Ber-
nobis; jam enim eo loco est, ut possit. Quo nardo
autem loco jam tum fueris, eidem ali-
quoties multo amictus lumine osten-
disti. Cum igitur orare pro miseris nobis
exulibus efficaciter nunc & feliciter possis;
etiam mei non esto immemor. Dirige gres-
sus meos, per sublimia virtutum tuarum
vestigia scādere non valentes, per amatas
Bernardo humilitatis valles in viam salu-
tis.

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

Non est periculum, quantumcunq³ Humil-
te humilies, quantumcunq³ te reputes litas
minorem, quàm sis, hoc est, quàm te nulla
veritas habeat. Est autem grande nimia.
malum, horrendumq³ piaculum, si vel
modicè plus vero te tollas, si vel uni
videlicet in tua cogitatione te præse-
ras.



12. Maij. 4. Idus.

B. WERRICE, Prior Alnensis, ma- Obijs
gnis virtutibus, sed præsertim cha- anno
ritate in proximos clare: qui, quantum 1217.

Q4

per